cus ſi eſſet ius prætorium, ut ſunt ſtatuta epiſcoporũ,
marchionum, & ducum ad ea, quæ habentur per Pau
lum de Caſtro, & Moder. in dicta l. non dubium. in 5.
limitatione. Item illa regula, quòd lex prohibitiuè
loquens formam ſubſtantialem tradat, procedit, quã
do lex totam ſubſtantiam actus, ſeu contractus pro-
hiberet, ſecus ſi qualitatem ſolum in aliquo prohibe
ret, nam tunc actus ualeret, anthen. decernimus. C.
de arbitr. Paul. de Caſtro in dicta l. non dubium. in 9.
colum. & Bald. ibi in 7. colum. in 7. oppoſitione. &
Iaſ. in 4. limitatione. Sed in caſu noſtro ſtatutum non
prohibet totum actum, ſeu totam ſubſtãtiam actus,
hoc eſt licentiam dari, ſed ſolum qualitatem, uideli-
cet quando licentia in campione deſcripta non eſ-
ſet, ergo &c. Item & tertio hoc uerum eſt, quando
lex prohiberet id, quod perpetuo ſui natura eſt ma-
lum, & prohibitum, ſecus ſi prohiberet id, quod non
fuiſſet perpetuo prohibitum, nec cauſam prohibi-
tionis perpetuam haberet, nam tunc lex prohibendo
formam non traderet, nec haberet locum d. l. non
dubium. ut uoluit gloſ. in clemen. 1. in uerbo inhi-
bentes. de iure patrona. & Alexand. in dicta l. 1. ff. de
liberis, & poſthumis. Sed quòd quis poſſit ſcribere,
ſeu ſcribi facere ſuper libris, & quòd detur licentia
ſcribendi mercatoribus, & campſoribus, tempore di
cti ſtatuti in §. dichiarando. nõ erat prohibitum, quia
ante illius ſtatuti prouiſionem, & prohibitionem li-
centiæ huiuſmodi dabantur, & ſuper libris mercato-
rum, & campſorum ſcribebantur, illiſque fides ad-
hibebatur, ut habetur in ſtatuto ſub rubric. quòd ſcri-
ptis, & libris mercatorum, campſorum, & aliorum
fides adhibeatur, ergo hoc in caſu noſtro non debet
dici poſitum pro forma, nec quòd grauem ſolenni-
tatem importet. Præterea quamuis ſtatutum loqua-
tur prohibitiuè, tamen ex quo in caſu noſtro extat
conſuetudo contraria, debet attendi conſuetudo, per
quam tollitur ſolennitas ſcribendi in campione, ar-
gumento eorum, quæ habentur per Imolam in di-
cto c. 1. in 6. colum. in uerſicul. ſin autem eſſet res. ex-
tra de his, quæ fiunt à prælat. & ſupra dixi. ¶ Non ob-
ſtat ultimo, quòd ſtatutum in dicto §. dichiarando
anchora. loquatur per prius, & per poſterius, & ideò
talis ordo uideatur pro forma datus per id, quod uo-

luit Baldus in l. unica. C. ne liceat ter. prou
35 reſpondetur primo, quòd † cum hæc ſolen
dinis ſit de apicibus iuris, ut colligitur ex iis,
nit Bartolus in l. 2. §. prius. ff. de uulgari, & p
ea in foro mercantili, in quo ſo a æquitas ſer
uis ſolẽnitas eſſe dicetur per ea, quæ ſupra di
36 ſuadetur, nam † quamuis auctoritas, & co
illius, cuius principaliter actum geri non int
catur pro forma requiri, & conſequenter de
ipſo actu, uel antea interuenire, ut per Are
poſt Bartolum, & Alexand. in l. ſi quis mihi b
iuſſim. ff. de acquiren. hæredi. cum ſimilibus
de iure canonico, in quo ſola æquitas attend
ta ea, quæ notabiliter uoluit Baldus in l. fina
cip. C. de iure deliberand. & habetur in capitu
filii. de iudiciis. ſatis eſt, quòd auctoritas, ſeu
ſus etiam expoſtfacto interuenit, capitu. c
cum gloſ. & ibi doctores extra de his, quæ fi
lat. ſine conſenſu capituli. cap. cura. cum
ibi allegatis, extra de iure patrona. & c. ſugge
dem titu. cum aliis ſimilibus. Secundo reſp
37 quòd † ſolennitas ordinis dicitur eſſe de for
lennitate graui, quando eius omiſſio eſt gra
ximique præiudicii, ſed quando eſt modi
cii, tunc non dicitur eſſe de forma, ſed p
ui ſolẽnitate, & primo caſu ordo dicitur
ſecundo uerò caſu uoluntarius, ut dec
lus, quem cæteri ſequuntur in dicta l. 2. §
uulgari, & pupilla. Sed in caſu noſtro hic
tuto traditus, quòd licentia prius in camp
de in libris ſcribi debeat, non importat ma
iudicium, ſed modicum, quia eius omiſſio p
ritati præiudicat, ex quo aliter de ueritate co
teſt, ergo &c. ¶ Non obſtat etiam id, quod
38 xand. in dicto conſil. 98. uolum. 4. Quia † prim
tur in regiſtratione, & ſubſcriptione, quæ req
tur pro ſolennitate teſtamenti, in quo ſpecial
detur, ut error, & omiſſio notarii uitiet ad trad
Alexandrum in dicta l. iubemus, & per Barto
dicta l. ſi librarius. Secundo Alexander loqui
ſu, quo nõ ſolum notarius fuiſſet negligens,
pars, ad quam ſpectabat expreſſè curare, ut te
regiſtrarentur, & ſubſcriberentur, ut ibi. Tertio
preſſè cautum erat, quòd ſi teſtamenta non r
rentur, nec ſubſcriberentur, ut in prouiſione
tur, teſtamenta ipſo iure non ualerent, nec
haberent, quod non eſt in caſu noſtro. Q
ſu Alexandri non extabat conſuetudo co
de ea conſtabat. Quinto Alexander non l
caſu, in quo cauſa deberet cognoſci ſola
& ueritate attenta, nos autem loquimur i
ſu, quia res agitur in foro mercatorum, in qu
nitates, quæ ſunt de apicibus iuris, non ſerua
ſupra demonſtraui. Et hæc quoad ſolennitat
tuto requiſitam in licentiis dandis dicta ſu
¶ Supereſt & illud aliud, in quo pars aduerſa
facit fundamentum, dum conatur probare
tiam ſuam tempore, quo commiſſio dicitur
probandum ſe non dediſſe commiſſionem,
datum Hannibali de Gandulphis ſoluendi pe
Bernardino, & conſequenter ſcribendi, ſeu
ipſam partem aduerſam debitricem ſuper libri
Hannibal interrogatus à iudice, per quot d
te ſcripturam, ſeu quando Conſtantius ipſi c
ſionem ſoluendi pecunias dederit, reſpondit p
tuor dies ante iudicio ſuo, & Conſtantius,
natur probare, ſe illo tempore quatuor dier
ſe abſentem à ciuitate Bononiæ, probat ab
duorum, & ad plus trium dierum. Sed co
ſum fuiſſe præſentem ſaltem quarta die, & ſic
ſcriptu

ſcripturam præceſſit, tum ex cõfeſſione eius, tum ex
ſcriptura librorum ſuorũ, & aliter. Quare dico, ꝙ po-
ſito, Cõſtantium aliis diebus, quibus abſentia ſua pro
bari uidetur, non dediſſe commiſſionem, tamen illa
die, qua ipſe fuit præſens in ciuitate Bononiæ, & quæ
nõ fuit dies feriata in honorem Dei, poſſibile fuit eũ
dediſſe dicto Hannibali commiſsionem, & in hoc ve
rificari poteſt reſponſio dicti Hannibalis, qui reſpon-
dit ſibi datam fuiſſe cõmiſsionem per quatuor dies
ante ſcripturam iudicio ſuo, nam † hæc reſponſio fa-
cta per hæc uerba poteſt in qualibet die illorum qua-
tuor uerificari, & hæc eſt propria, & uera ſignificatio
illorum uerborum per quatuor dies ante, ut totum il
lud tempus quatuor dierum, & quamlibet eius partẽ,
& non magis unam, quàm aliam complectantur, at-
que comprehendant, ut eſt text. notabilis in l. urbana
familia in fin. ff. de uerborum ſignificatio. ubi perno-
ctare extra urbem dicitur ille, qui nulla parte noctis
in urbe eſt, per enim totam noctem ſignificat, & not.
per gloſam in l. illud. ff. de officio præſid. & ibi Barto.
Secundo dico, quòd † Conſtantius, qui uoluit proba
re abſentiam ad finem probandi, quòd ipſe commiſ-
ſionem illam in ciuitate Bononiæ infra illud tempus
quatuor dierum nõ dedit, probare debuit, quòd ſem
per, & per totum illud tẽpus quatuor dierum fuit ab-
ſens, & nõ potuiſſet eſſe in ciuitate Bononiæ, quin ip
ſi teſtes ſciuiſſent, & uidiſſent, & ſic debuit probare ab
ſentiam à ciuitate Bononiæ neceſſariam, & conclu-
dentem in qualibet parte temporis illorum quatuor
dierum, alioquin probatio illa neceſſario non cõclu-
deret, & eſſet dubia, & conſequenter contra producẽ
tem, ſeu probantem interpretaretur. c. in præſentia. &
ibi glo. & doctores extra de probatio. & Alex. in apo-
ſtilla magna ad Bartolum in dicta l. ſi librarius. ff. de
regulis iuris: nam uolẽs probare abſentiam ſuam ad
finem, & affectum probandi in conſequentiam nega
tiuam, ſeu aliquid non fuiſſe factum, debet illam co-
arctare loco, & tempore, ita quòd omni tempore, &
omni parte temporis abſentiæ cõcludat, ut eſt textus
ad literam in §. item uerborum. Inſtit. de inutili ſtipu-
latio. ibi manifeſtiſſimis probationibus, ut ꝑ ſcriptu-
ras, uel per teſtes idoneos ſe ſe, uel aduerſarium ſuũ
in aliis locis eſſe, & eſt bonus text. in l. optimam. in fi.
C. de contrahenda, & committen. ſtipulatio. Et † quã
uis gl. ibi in uerbo in eo die addat textui ibi in eo die,
ſcilicet in toto, ut Inſtitut. de inutili ſtipulatio. in §. itẽ
uerborum, ac etiam ſubdat, quòd præſumitur, ut hic
ſubiicit, tamen gl. debet intelligi, quòd præſumitur,
uidelicet fuiſſe præſentem, prout reperitur deſcriptũ
in inſtrumento, non autem quòd uelit dicere, quòd
præſumitur, uidelicet fuiſſe præſentem toto illo die,
nam hoc non dicitur, neque ſubiicitur in illo tex. ſed
ſolum, quòd præſumatur illum fuiſſe præſentem in lo
co, in quo dicebatur feciſſe ſtipulationẽ, prout in in-
ſtrumento ſtipulationis ſcriptum erat, ut clarè in illo
text. ſubiicitur, & ita debet intelligi illa gloſ. alioquin
malè loqueretur, & expreſsè contra textum in d. §.
item uerborum. Prætere a † quando quis tractat de ꝑ
bando negatiuam, ut non promiſiſſe, non commiſiſ-
ſe in certo loco, uel aliud negatiuum ad certum lo-
cum, uel ad certam perſonam coarctatũ, requiritur,
quòd illa negatiua probetur coarctato loco, & tem-
pore, alioquin probatio non releuaret, & teſtis depo-
nens eſſet de falſo ſuſpectus, ut ſi uolo probare, me ta
li menſe talis anni non contraxiſſe, requiritur proba-
ri, quòd toto illo menſe non contraxerim, quod eſt
ualdè difficilè probari, ꝗa potuit eſſe, quòd teſte dor-
miente, & non uidente contraxerim, ut plenè habe-
tur per canoniſtas poſt gloſam in c. bone de electio.

ut ibi per Antonium, Abba. & Imol. & faciunt ea, quę
uoluit Bald. in l. actor, quod aſſeuerat. C. de probatio
nibus. Nec refert in hoc, an quis uelit probare merã
negatiuam, an uerò affirmatiuam, quæ habet implici
tam negatiuam, & quæ probatur ad effectum probã-
di negatiuam, prout in caſu noſtro pars aduerſa co-
nata fuit probare abſentiam ad effectum negatiuę, vt
colligitur ex iis, quæ ponũt doctores maximè moder
niſs. in dicto cap. quoniam contra. in princip. poſt Ab
batem, & Bald. in dicta l. actor. & in dicto capit. bone.
43 Rurſus † ubicunque quis uult probare abſentiam ad
effectum probandi in conſequentiam ſe non contra
xiſſe, uel non commiſiſſe aliquid, & ſic probandi ne-
gatiuam, requiritur probatio liquida, ac manifeſtiſsi
ma, & ideò ſi talis probatio per teſtes fieret, requirun-
tur de iure teſtes undique idonei, ac omni exceptio-
ne maiores, text. eſt ad literam in dicta l. optimam. in
fine, & in dicto §. item uerborum. Ex quo infertur, ꝙ
44 † teſtibus deponentibus ſuper hoc nulla fides adhibe
tur, nec ipſi abſentiam concludenter probant, niſi cõ
ſtet illos eſſe eius qualitatis, & conditionis. Et propte
rea neceſſe eſt, quòd per alios teſtes probetur illos eſ-
ſe tales, uidelicet undique idoneos, & omni exceptio
ne maiores, neque hoc in dubio præſumitur, ſed de-
bet capitulari, & per alios teſtes, aliaſque probatio-
nes clarè probari: iſta eſt pulchra doctrina, quã refert,
& ſequitur Decius in conſi. 37. in 4. colum. & in capit.
dilecti. quod eſt cap. 1. de appellatio. in penul. colum.
Bald. in l. 1. C. ſi aduerſ. liber. & Bar. in l. 1. §. ſi quis ne
get. ff. quemadmodum teſtamẽ. aper. qui dicit aduo-
catos in hoc debere eſſe cautos: & per hanc doctrinã
ſæpe impugnaui probationes teſtium in caſu, quo te-
ſtes de iure debẽt eſſe idonei, & omni exceptione ma
iores. Sed in caſu noſtro tales teſtes requiruntur, ut ſu
pra, & de hac illorum qualitate non fuit capitulatũ,
nec probatum, ergo per eos abſentia non dicitur pro
bata, nec illis credendum eſt. Et hoc eſt optimũ fun-
damentum ad impugnandum teſtes productos pro
parte Conſtantij uolẽtis probare abſentiam ſuam ad
effectum, ut in conſequentiam conſtaret, ſe non fuiſ
ſe in ciuitate Bononiæ eo tẽpore, quo dicitur ſe Han
nibali commiſiſſe, qui teſtes non probant, nec ex eo-
rum dictis infertur, ipſum dediſſe commiſſionem, &
maximè cum per duos teſtes pro parte Hannibalis, &
illorum de Deſideriis examinatos fuerit probata cõ-
miſſio ipſi Hannibali per Conſtantium facta, qui ſa-
tis benè probant, cum intendant probare in genere
commiſſionem Hannibali datam fuiſſe, argumento
no. per gloſam in l. ob carmen. in fin. ff. de teſtibus. &
habetur per Salicetum in dicta l. actor. in fi. 2. colum.
45 uerſicu. quæro, quare. ¶ Opponitur † etiam ſcriptu-
ræ librorum, quòd in giornali, & libro magiſtro repe
ritur deſcriptum, quòd Conſtantius inſolidum pro-
miſit, & ſe obligauit cum Bernardino eius ſocio, & ta
men in libro uulgariter nuncupato ſcartafaccio hoc
à principio non fuit deſcriptum, ſed expoſtfacto addi
tum, ergo libris illis tanquam falſitatem continenti-
bus non eſt fides adhibenda, argumento l. 2. & l. cum
quidam. C. de fide inſtrumentorum, & l. ſi ex falſis. C.
de tranſaction. cum ſimilibus. Sed reſpõdetur primo,
46 quòd † ex quo in giornali, & in libris continetur obli
gatio inſolidum abſque aliqua ſuſpicione, quia eadẽ
manu purè, & ſimpliciter, ac ſine uitio dicitur, quòd
Conſtantius ſe obligauit inſolidum, ſtãdum eſt gior-
nali, & libris tanquam authenticis, & talibus, qui ple-
nè probant, & non ſcartafaccio, quod non eſt authen
ticum, argumento eorum, quæ habentur in capitulo
primo & 2. de fide inſtrumentorum. Vel ſecundo po-
47 ſito, † quòd in dubio quando contra ſcripturã authen

ticam opponitur, recurritur ad originale, & ſic ad pri
mam ſcripturam, & ad matricem, cui potius ſtādum
eſt quàm authentico, ut habetur per Bart. in dicta l. ſi
librarius. ff. de regulis iuris. & per doctor. in d. c. 1. de
fide inſtrumentorum, tamen hoc eſt uerum, quando
originalis ſcriptura eſſet talis, quæ plenè probaret, &
cui fides adhiberetur, ut in locis allegatis, ſed in caſu
noſtro fides ſcripturæ ſcartafacii non adhibetur, nec
48 illa plenè probat, ergo &c. Præterea † ex quo licitum
eſt notario, & alii habenti auctoritatem faciendi ſcri
pturam publicam incontinenti corrigere errorē ſuū
in eo, quod ad partem pertinet, ut uoluit Bartol. poſt
Specul. in d. l. ſi librarius. in dubio debet præſumi id,
quod fuit additum, & ſuppletum, fuiſſe per errorem
omiſſum, & incontinenti additum, & ſic licitè, nō au
tem fuiſſe omiſſum dolo, & additum ex interuallo,
& dolosè, & cum delicto, & in caſu nō permiſſo, quia
ſemper eſt facienda interpretatio, ne quis deliquiſſe,
& dolum commiſiſſe præſumatur. l. merito. ff. pro ſo-
cio. & c. abſit. ibique gl. 11. q. 3. Accedat ad hæc, quòd
iſta dictio inſolidum addita in ſcartafaccio potuit ad
di à quocunque, cuius intererat, quia nihil potuit ipſi
Conſtantio præiudicare, nam ſiue ſcriptura ibi eſſet
ſcripta cum illa dictione inſolidum, ſiue non, idem
erat, & eodem modo obligatus, quoniam cum ex for
ma ſtatutorum unus ſocius pro ſuo ſocio inſolidum
teneatur, & obligatus ſit, etiam ſi hoc non fuerit con
uentum, expreſſio illius dictionis nihil operatur, &
ſic non refert, an ea fuerit expreſſa, an tacita. l. non re-
ctè. ubi caſus. C. de fideiuſſo. & faciunt not. per Barto.
in l. 3. ff. de leg. 1. Quòd autem Conſtantius tanquam
ſocius fuerit inſolidum obligatus, conſtat ex ſtatuto
ſub rubr. *in che modo ſi debba procedere nelle queſtioni che ſi mo*
49 *ucrāno*. in §. *Anchora ſiano*. Et † quamuis excipiatur caſus,
quando fierent mutua pecuniaria, in quibus ſtatutū
diſponit, & excipit, unum ſocium pro alio inſolidum
non teneri, ut ibi in §. *ſaluo che in le preſtanze*. tamen ab
hac exceptione ſtatutum excipit caſum, quando mu-
tuum pecuniarium fieret ab ipſis campſoribus, & cā-
biatoribus, ut exceptio ſupradicta nō intelligatur de
campſoribus uni ex ſociis mutuantibus, ut ibi in §.
il qual riſeruo di preſtanza di denari non s'intenda per li cambia-
tori, ò banchieri. Nec obſtat, ut ex aduerſo dicitur, quòd
ſtatutum in illo uerſic. uoluit comprehendere ſolum
caſum, quando mutuum pecuniarium fieret inter
ipſos campſores, & cambiatores, quia hæc intelligen
tia non eſt uera, tum quia ſtatutum dicit, *loqual reſer-*
uo non s'intenda per li banchieri, uidelicet qui aliquibus
mutuarent, nam cum uerba ſint generalia, debent
intelligi, ſiue campſores mutuaſſent alii campſori, ſi-
ue alii non campſori, quoniam ſocius illius, qui reci-
pit mutuum, tenebitur inſolidum pro ſocio recipien
te, cum ſtatutum generaliter loquens debeat genera
liter intelligi iuribus uulgaribus. Et hoc ſuadetur ex
50 generali ratione ipſius ſtatuti, † quæ ratio generalis
facit dictum generaliter intelligi, dictumque etiam
ſpecialiter poſitum ampliat. l. cum pater. §. dulciſſi-
mis. ff. de legat. 2. ratio enim ſtatuti eſt, quòd dictum
de mutuis pecuniarum non debeat pro ipſis campſo
ribus intelligi, quoniam officium, & miniſterium ip
ſorum conſiſtit in dando, & accipiendo mutuo pecu
nias, quæ ratio licet reſpectu eius, quod dicitur de ac-
cipiendo pecunias, magis campſoribus inter ſe con-
ueniat, tamen reſpectu dandi mutuo pecunias magis
conuenit caſui, quando campſores pecunias aliis,
quàm campſoribus mutuo darent, ut notorium eſt,
immo uerba illius rationis ibi poſitæ generaliter con
ueniunt, ſiue campſores pecunias ab aliis campſori-
bus mutuo acceperint, ſiue ab aliis, quàm à campſo-

ribus, & ſiue mutuo dederint cāpſori, ſiue al
51 ſonæ, nam † officium, & miniſterium campſo
promiſcuum, uidelicet tàm dandi mutuo pe
campſoribus, quàm alijs perſonis, & tàm acc
à campſoribus, quàm ab aliis, īmo magis dici
eorum officium mutuandi aliis, quàm campſ
& magis mutuandi aliis, quàm ab aliis mutu
piendi, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Salice. i
cendium. C. ſi certum petatur. ¶ Opponitur
timo loco, quòd iudex, & conſules dederunt li
ſcribendi Melchiori ſubſtituto à dicto Hanni
menſe Octobris omnia illa, quæ in ſcartafacc
antea etiam per plures menſes fuerant deſcri
conſtat ex licentia data, quam ipſi hoc mod
non potuerunt, quia illud fieri non poteſt, niſi
52 te quadam fictione translatiua, & † homo, ho
dex, & conſules fingere nequeunt, quia hoc
prium legis, & non hominis, ut uoluit Bar. in
pro emptore. ff. de uſucap. Et extrema in ca
erant inhabilia, ergo fictio locum habere non
ut ibi plenè per Bart. Sed his optimè iudicio
53 teſt reſponderi, primo, quòd † ex quo in qua
ſcartafaccio fuit ſcriptum manu Hannibalis,
des iam fuerat approbata, & cui iam licentia
ſtas ſcribēdi data erat, & impeditus iuſta de
tè ob infirmitatem non poteras poſtas, ſe
ſcartafaccio deſcriptas ſcribere in giorn
ticare eas ad giornale, & librum transfer
tur, quòd iudex, & conſules licitè, & de iure
dare licentiam alteri ſcribendi illas poſtas,
nale, & librum transferendi, ut eas authen
fidem facerent, quod quidem eſt de iure co
permiſſum. Neque hic interuenit aliqua fi
ctiua, nec translatiua, nec priuatiua, quia nō
quòd ſcriptura, quæ fuit Hannibalis, ſit alter
quòd ſcriptura, quæ fuit ipſius ſubſtituti ad ſcr
ſit Hannibalis, uel alterius, item nihil retro
& conſequenter non fingitur translatiuè, uideli
ſcriptura facta uno tempore fingatur facta ali
pore, ſed ſolum datur poteſtas uni authentica
pturam factam ab illo, qui poteſtatē ſcribendi
bat, ut quotidie fit maximè in pſonis, & ſcriptu
tariorum, ueluti habetur plenè per Abb. Feli.
in c. 1. & 2. & in c. cum P. tabellio. ubi caſus,
extra de fide inſtrum. Secundo reſpondeo,
quo in foro mercatorum extat conſuetudo
iuſmodi licentias ſcribēdi in libris etiam re
ut eſt notorium, & credo fuiſſe probatum
licentijs ſic datis iuxta ea, quæ habentur per
ſemper in ſtipulationibus. ff. de regulis iur. &
la. §. ſed ſi alimenta. ff. de alim. & cibar. leg. eſt
ſuetudini ſtandum, argumento not. in c. 1. de
d. l. de quibus. & in l. ſi de interpretatione. cum
54 ff. de legib. Nam † conſuetudo poteſt facere,
cere, quòd ſcripturæ non authenticæ fides a
tur, ſeu quòd ſcriptura priuata efficiatur, authe
dilectus. ibique Abb. & alii de fide inſtru. & ſta
iuſmodi conſuetudine, hoc etiam mediante fi
55 fieri potuit, quoniam † ſicut per legem fingi p
ſuadente æquitate, Bar. in d. l. ſi is. qui pro empt
& per conſuetudinem, cuius eſt eadem uis d. l. d
bus. & in §. fin. Inſtit. de iure natural. gen. & ci
que contrarium uoluit Bar. in d. l. ſi is, qui pro e
re. Nec obſtat, quòd ex nouis additionib. dero
conſuetudini, quæ eſſet contra ſtatuta, & in illi
ſita, nam licet poſſem multis modis reſpōdere,
unica reſponſione cōtentus dico, hanc conſue
non eſſe contra ſtatuta, nec contra contenta
qm̄ in nulla parte ſtatutorū expreſsè cautū eſt,

licentia ſic dari non poſſit, ergo conſuetudo hoc in-
ducens non eſt contra ſtatuta, ſed præter, & ideò uale
re debet, non obſtante eo, quod in additionibus indu
ctum fuit, in quibus reprobatur conſuetudo, quæ eſt
contra, non autem præter ſtatuta: et † quoad hoc di-
uerſa ſunt quid eſſe contra ius, & eſſe præter ius, ut col
ligitur ex iis, quæ ponit Ioannes Andr. in c. fin. de con
ſuetu. & facit id, quod in ſimili notat Dominic. de Sā
cto Geminia. in capitu. 2. col. 4. uerſicu. ſed cōtra om
nia. de reſtitutione ſpoliato. in 6. & habetur in l. ſtipu-
latio iſta. §. alteri. ff. de uerborū obligatio. Et ita in præ
ſenti conſultatione iuris eſſe exiſtimo. Laus Deo.

SVMMAE.

Inſtrumentum, in quo deficit unum de ſubſtantialibus inſtrumenti publici, non meretur dici nſtrumentum publicum, nec fidem inſtrumenti publici facereipoteſt.

Teſtes duo, uel tres ultra contrahentes neceſſario in inſtrumento publico ad illius eſſentiam deſcripti eſſe debent.

Quales debeant eſſe hi teſtes.

Teſtes inſtrumentarij aliàs inhabiles ſolum de conſenſu partium in inſtrumento expreſſo admittuntur, & non aliter.

Et in dubio conſenſus iſte non pręſumitur.

Non fieri aliquid, uel fieri, & minus legitimè parificantur.

Religioſi, & monachi quando pro facto, & utilitate ſui monaſterij teſtes eſſe poſſint, & quando non.

Teſtis, & pars in uno, eodemque actu quis eſſe non poteſt.

EPITOME.

Instrvmentvm, in quo teſtes inhabiles ſine expreſſo partium conſenſu ſunt deſcripti, non poteſt dici inſtrumentum publicum, nec eſt attendendum, aut fides illi adhibenda.

CONSILIVM LXXXVIII.

IN cauſa Monialium Sanctæ Chriſtinæ, quā
habent cum religioſis fratribus heremita-
nis Sāctæ Mariæ Miſericordiæ, paucis me
expediam: in qua cum hinc inde fuerint
producta inſtrumenta donationum, ſeu ceſſionū fa-
ctarum per dominā Eliſabeth uxorem Gabrielis del-
la Caſella, unius uidelicet, ut aſſeritur, factæ primo ip
ſis fratribus heremitanis, alterius uerò factæ ſecūdo
loco ipſis monialibus, & dubitetur, quòd inſtrumen-
tum ſit attendendum, ſeu præferendum, breuiter con
cludendum eſſe arbitror, quòd debeat attendi inſtru
mētum donationis, ſeu ceſſionis ipſis monialibus fa
ctę, reiecto inſtrumento, quod fratres heremitani
ad eorum fauorem produxerunt, quāuis fuerit prius
1 confectum, † hoc enim prætenſum inſtrumētum do-
nationis factæ dictis fratribus non dicitur eſſe publi-
cum inſtrumentum, nec probat, nec fidem facit, quia
in ipſo deficiunt ſubſtantialia, ſeu deficit unū, quod
eſt de ſubſtantialibus inſtrumenti publici, & ideò nō
meretur dici inſtrumentum publicum, nec fidem in-
ſtrumenti publici facere poteſt per ea, quæ habentur
per Bartolum in l. ſi quis ex argentariis. §. initium. &
plenius in repetitio. illius §. ff. de eden. & per Specula.
in titu. de inſtrumen. edi. in §. breuiter. cum ſimilibus
infra allegandis poſt doctores plenè in c. 1. de fide in-
2 ſtrumentorum. Nam † inter alia ad inſtrumenti pu-
blici eſſentiam neceſſaria requiruntur teſtes, hoc eſt,
quòd in inſtrumento publico duo, uel tres teſtes ido
nei, & legitimi fuerint deſcripti ad tradita per Barto-
lum in dicto §. initium. per Specula. in d. §. breuiter.
glo. in l. generali. C. de tabula. lib. 10. Ant. Imol. Abb.
& Moder. in c. 1. & 2. de fide inſtrumentorum. gloſ. in
l. in donationibus. & ibi Bald. C. de donatio. gloſ. in §.
ſi uerò. & in §. ſi adhoc. in authen. de hæredib. & falcid.
in uer. adhoc. §. ſed ſi inſtrumento. in authen. de fide
inſtrument. collatio. 6. & per Baldum, & Alexan.
in apoſtil. in d. l. in donationibus. Et de conſuetudine
teſtes in inſtrumento publico deſcribuntur, ergo de
ſubſtantia inſtrumenti requiruntur, argumēto eorū,
quæ uoluit text. & gloſ. in athen. ut prepona. nom. im
3 per. & Bartol. in dicto §. initium. Et † huiuſmodi te-
ſtes, qui in inſtrumento publico deſcribuntur, debēt
eſſe idonei, legitimi, & tales, quòd ſi de fide inſtrumē
torū dubitaretur, poſſent deponere, ac fidem facere,
ut uoluit gloſ. in dicta l. in donationibus. & præſuppo
nunt doctores omnes canoniſtæ in c. cū Ioannes. de
fide inſtrumentorum. ut ibi per Anton. Abbatem, &
alios, & legiſtæ maximè Paul. de Caſtro in l. in exercē
dis. C. de fide inſtrumentorum. in l. comparationes.
& in authen. at ſi contractus. C. eodem titu. & in l. cū
precibus. C. de probatio. alioquin fraus, & falſitas faci
le committi poſſet, argumento eorum, quæ habētur
in dicto c. cum Ioannes. & in dicta l. cū precibus. Sed
in terminis noſtris quamuis plures teſtes à notario
fuerint in inſtrumento deſcripti, tamen unus tantum
dicitur idoneus, & talis, qui in cauſa inſtrumenti te-
ſtis eſſe poſſit, ergo non poteſt dici inſtrumentum pu
blicum, in quo ultra contrahentes duo, vel tres ad mi
nus teſtes idonei debēt eſſe deſcripti, quia in ore duo
rum, uel trium ſtat omne uerbum. c. in omni nego-
tio. de teſtibus. cum ſimilibus, iunctis præmiſſis. Nec
obſtarent not. per gloſ. & Angelum in authen. de te-
ſtibus. §. 1. uerſicu. nota iſtam gloſ. & Bald. in l. paren-
4 tes. C. de teſtibus. & ibi Salicet. quòd † teſtes inſtrumē
tarii aliàs de iure inhabiles de conſenſu partium ad-
mittuntur. Quia immò ex hoc infertur, quòd teſtis
aliàs inhabilis non erit ſufficiens, niſi conſtet, quòd
5 de conſenſu partium fuerit admiſſus; † hoc autem nō
pręſumitur, niſi conſtet in inſtrumento dictum, nam
tenendo, quòd pro forma, & ſubſtātia teſtes in inſtru-
mento requirantur, & in eo à notario deſcribantur,
ut ſupra dixi, & eſt communis opinio, & cū à forma,
& ſubſtantia hac poſſit de communi conſenſu partiū
recedi admittendo teſtes aliàs inhabiles, in dubio nō
præſumetur ab hac ſubſtantia, & forma receſſum, ni-
ſi expreſè de conſenſu partium appareat, ut quia in
inſtrumento hoc dictum fuerit, per ea, quæ in ſimili
uolunt Alexan. & alii in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum.
ff. de acquiren. hæredit. & Barto. & alii in l. quæ dotis.
ff. ſoluto matrimonio. Et præmiſſa confirmātur: ex iis
quę uolunt Bald. Salicet. & alii in d. l. parentes. ubi ſi
in inſtrumento fuerint deſcripti teſtes aliàs inhabi-
les, ſubſtinetur inſtrumentum, & illis teſtibus fides
adhibetur, ſi hi fuerint ab utraque parte rogati, alio-
quin contra; ergo requiritur, quòd expreſsè appareat
de conſenſu contrahentium tales teſtes admittentiū.
Sed in caſu noſtro hoc nō apparet, & teſtes deſcripti
aliàs de iure repelluntur, igitur inſtrumentum nō po
6 teſt dici ualidum, † quoniam paria ſunt aliquid non
fieri, uel fieri, & minus legitimè, argumento text. in l.
1. in princ. ff. de ſuis, & legitimis. & Inſtitut. de hæred.
ab inteſtato. in princip. Quòd autē in caſu noſtro te-
ſtes deſcripti in inſtrumēto donationis, ſeu ceſſionis
factæ dictis fratribus heremitanis ſint inhabiles, nec
poſſint de iure admitti ad fauorē monaſterii, ſeu ca-
pellæ unitæ monaſterio, & quæ eſt pars monaſterii,
7 ꝓbat̄, nā † licet religioſi aliàs ꝓ facto, & utilitate mo-
naſterii poſſint eſſe teſtes, & ſi in conſequentiā utili-
tatē percipiāt, capitu. inſuper. de teſtibus. capitu. & ſi
Chriſtus. in fine. de iureiuran. & capitu. 1. 14. quæſt. 5.
tñ in facto, in quo ipſi ut principales, & ut pars intereſ
ſent, nō poſſunt eſſe teſtes, nec teſtificari. d. cap. inſu-
per. cum gloſ. et ratio eſt, ut dicunt ibi gloſ. & doct.